Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 0.4 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Iochel.

141

XIIII

Peccat Samaria quia ad amaritudinem
provocavit deum suum. In gladio peribunt parvuli eorum elidentur
et fetus eorum dissecabuntur. Convertere israhel ad dominum deum tuum
quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba et convertimini ad
dominum. et dicite ei omnem auferens iniquitatem et accipe bonum et reddemus
vitulos labiorum nostrorum. Assur non salvabit nos. Super equos non
ascendemus. nec dicemus ultra deis nostris opera manuum nostrarum. quia ei
qui in te misericordiam invenit. Sanabo contractiones eorum et diligam eos
spontanee. quia avertit furor meus ab eis. Ero quasi ros israhel
germinabit quasi lilium. et erumpet radix eius ut libanus. Vadent
rami eius et erit quasi oliva gloria eius et odor eius ut libani. Con
vertentur sedentes in umbra eius vivent tritico et germinabunt qui vi
nea. memoriale eius qui vinum libani. Effraim quid mihi ultra
idola. Ego exaudiam et diligam eum. Ego ut abietem virentem ego
me fructus tuus inventus est. Quis sapiens et intelliget haec
intelligens et sciet hec. quia recte viae domini et iusti ambulabunt in eis
Iniquitates vero corruent in eis. Explicit Osee. Incipit prefatio. Iohel

Explicit Osee ypheta. Incipit prefatio sancti Iheronimi
pbri in Iohel ypheta

Sanctus Iohel apud hebreos post Osee ponitur. Et sicut
ibi sub nomine Effraim. ad decem tribus conscribitur vaticinium.
quod uel Samaria uel israhel sepe meminit. Sic in hoc
ypheta cum quia dicit ad tribum Iuda. et ad Ierusalem primum edendum e
et nulla omnino israhelis idest decem tribuum in hoc fit mencion.
Tempora quoque quibus ypheta fuit eadem debemus accipere quia in Ozee
legimus in diebus Ozie Ioathan et Achaz et Ezechie regum Iuda.
et in diebus Ieroboam filii Ioas regis israhel. Porro fieri esse
verbum domini ad medium eius referitur. cui fit. non ad conditionem illius
quod fit dicit. ut alibi legimus. Dominus factus est mihi in salutem. Audire
autem in scripturis sanctis non est iste quia in aures sonat. sed quia corde capit
Iuxta illud quod dominus loquitur in euangelio Qui habet aures audi
audiat. Quod autem dicit EVIHIAGEVIJ latine sonat audite
populi. ipse non aures. sed corda populi Qui senes sunt et celesti
audiunt spiritu. Qui autem habitant in terra. terren appellantur quia